

Sap. 8. in scriptura; cum scirem, quia nemo potest esse
 P sal 26 continens nisi Deus det, & hoc ipsum erat sapien-
 2. Cor. tia, scire cuius esset hoc donum, adij dominum,
 13. & deprecatus sum eum. Post remō, ne nimium lon-
 Col. 2. gum sit cuncta percurrere, jubetur ut non facia-
 a Aug. mus malum, ubi dicitur; declina a malo: & ta-
 epi st. 95 men oratur, ut non faciamus malum, ubi dicitur,
 juxta Oramus autem ad Dominum ne quid faciat is ma-
 veram li. Jubetur ut faciamus bonum, ubi dicitur, & fac
 lictionē bonum & tamen oramus ut faciamus bonum, ubi
 qua col- dicitur non cessamus pro vobis orantes & postu-
 ligitur lantes; atque inter cætera pro illis orans dicit: ut
 ex tom. ambuletis dignè Deo in omne placitum, in omni
 10. opere & sermone bono. a

fragm. 1. Ergo fratres, quando præcipitur, agnoscite vo-
 b Idem luntatis arbitrium: quando oratur quod præcipi-
 Aug. st. 10. tur, agnoscite gratiæ beneficium. Utrumque enim
 10. 10. in scripturis habes, & præcipitur & oratur: quod
 fragm. 1. præcipitur, hoc oratur. b

c Aug. Quidquid nobis jubetur, orandum est ut im-
 eodem pleatur: sed non sic ut dimittamus nos, & quomo-
 frag. 1. do ægri, jaceamus supini, & dicamus; pluat Deus
 d Orat. eam super facies nostras, ut prorsus nos nihil
 super agere velimus; & cum esca compluta fuerit super
 pop. seria os nostrum, dicamus etiam: Deus glutiat de nobis.
 4. post Aliquid & nos agere debemus, studere debemus,
 latere. conari debemus, & in eo gratias agere in quo po-
 e Orati. tuerimus; in eo quod non potuerimus, orare; &

faper Tum ut faciat nos quæ sibi sunt placita postulare; d
 pop. fe- Tum, ut quibus supplicandi præstat affectum, tri-
 ria 2. buat defensionis auxilium; e

post la- Tum, ut det nobis & velle & posse quæ præcipit. f
 tare. Tribue ut sciam, possim, & velim. g
 f Orat. Cogitate ergo ista fratres mei, quilibet ad vos
 post pro- accesserit, & dixerit vobis, quid ergo nos facimus,
 pecti. si nihil habemus in potestate nisi Deus det omnia?
 10. sab- ergo nos non coronabit Deus, sed fe coronabit.
 baibo Jam videtis, quia de illa vena venit: vena est sed
 sancto. venenum habet: percussa est enim a serpente, sana
 g Art S. non est. h

Th. Absit itaque a vobis ideo desperare de vobis,
 h Aug. quoniam spem vestram in ipso habere jubemini,
 frag. 1. non in vobis: i
 rom. 10. Tutores enim vivimus si totum Deo damus, non
 i Prosper autem nos illi ex parte & nobis ex parte committi-
 resp. 9. mus. k

ad ex- Nam sine dubio habet humanorum cordium
 cerpti quod placet inclinandorum omnipotentissimam
 Genu. potestatem. l

k Aug. Et quos vult ad seipsum omnipotentissima faci-
 de dond litate convertit, ac volentes ex nolentibus facit; m
 perse. Et ad dolorem subirem penitentia occultissima
 c. 6. & potentissima medicinæ suæ potestate perducit: n

l Idem Immutat cor principum; o
 c. 14. de Convertit spiritum regis in mansuetudinem, p
 correpe. Occultissima & efficacissima potestatis. q

e grat. Operatur omnia in omnibus. r
 m Idem Aptat nos in omni bono, ut faciamus ejus vo-
 epi st. luntatem. f

107. Operatur in nobis velle & perficere pro bona
 n Idem voluntate. t

c. 5. de In quo vivimus, & movemur, & sumus. v
 corr. & Deus ergo non solum universa quæ sunt, provi-
 gra. dentia sua tuetur atque administrat: verum etiam

o Job 12 quæ moventur & agunt aliquid intima virtute ad
 p Esth. motum atque actionem ita impellit, ut quamvis
 15. secundarum causarum efficientiam non impediatur,
 q Aug. præveniat tamen; & quemadmodum Sapiens at-
 l. 1. ad Sylv. De statu hominis post peccatum.

Bonifac. 6. 20. r 1. Cor. 12. f Heb. 13. t Philip. 2. v Act. 17.

A testatur, attingat a fine usque ad finem fortiter & disponit omnia suaviter. a

CAP. XXI.

Omnes creature deserviunt Deo tanquam ejus instrumenta.

a Cate-
ch. Rom.
p. 1. 9.
20. c. 2.

C Um enim Deus sit primum agens, omnia quæ sunt post ipsum, sunt quasi quædam instrumta ipsius: Ad hoc autem sunt instrumenta instituta, ut deserviant actioni principalis agentis, dum moventur ab ipso; & propter hoc non est contra naturam instrumenti ut moveatur a principali agente, sed est ei maxime conveniens. Neque ergo est contra naturam, cum res creatæ moventur qualitercumque à Deo, sic enim instituta sunt ut ei deserviant: b

Et quæcumque rerum aliquid operantur, instrumentali-ter agunt ab eo mota. c

Ideoq; sub Deo ordinantur omnes intellectus & voluntates, sicut instrumenta sub principali agente: d

Secundum quod instrumentum magis communiter dicitur quicquid est movens ab alio morum: & sic ab instrumento non opus est quod omnino excludatur ratio libertatis, quia aliquid potest esse ab alio motum, quod tamen seipsum movet. e

Operatur ergo anima nostra sub Deo sicut agens instrumentale sub principali. f

Qui solus potest movere voluntatem per modum agentis absque violentia. Hinc est quod dicitur proverb. 21. Cor regis in manu Domini, & quocumque voluerit, inclinabit illud. g

Cum autem Deus sit causa omnis actionis pro ut quodlibet agens est instrumentum divinæ virtutis operantis: h

(Nam de necessitate est quod Deus sit causa actionis cujuslibet rei naturalis, ut movens & applicans virtutem ad agendum: i

In quo non intelligitur collatio aut conservatio virtutis activæ, sed applicatio virtutis ad actionem, sicut homo est causa incisionis cultelli ex hoc ipso quod applicat acumen cultelli ad incidendum movendo ipsum.) k

Hinc fit quod non est distinctum quod est ex libero arbitrio & ex prædestinatione, sicut nec est distinctum quod est ex causa secunda & causa prima: divina enim providentia producit effectus per operationes causarum secundarum. l

Non sicut idem effectus causæ naturali & divinæ virtuti attribuitur, quasi prout à Deo, & partim à naturali agente fiat, sed totus ab utroq; secundum alium modum: sicut idem effectus totus attribuitur instrumento, & principali agenti etia totus. m

Nihil enim prohibet quin una & eadem actio procedat à primo & secundo agente. n

Unde sancti dicuntur Dei adjutores & cooperatores, secundum Apostolum.

CAP. XXII.

Creatura creatori quomodo cooperetur.

S Ed sciendum quod aliquid dicitur cooperari alicui dupliciter. Uno modo, quia operatur eundem effectum, sicut minister Domino dum ejus præceptis obedit, & instrumentum artificii à quo movetur. Alio modo dicitur aliquid cooperari alicui, in quantum operatur eandem operationem cum ipso: sicut si diceretur de duobus portantibus aliquid pondus, vel de pluribus trahentibus navem, quod unus alteri cooperatur. Secundum igitur primum modum, creatura potest dici creatori cooperari, quantum ad aliquos effectus qui sunt median-

b S. Th.
1. 3. cont.
Gent.
c. 100.
c Ibi-
dem c.
94.
d Ibi-
dem c.
147.
e q. 24.
ver. ar.
f. ad 5.
g 3. Con-
tra Gent.
c. 149.
h 3. con-
tra
Gent.
c. 88.
i Idem
q. 3. post
art. 7.
j Idem
paulo
ante.
k Ad-
huc an-
te.

l Idem
1. p. 9.
23. art.
5.
m Idem
3. contr.
Gent.
c. 70.
n S. Th.
1. p. 9.
105.
art. 5.
2.
1. Cor.
3.